Morbio 20 (25)

In nomine domini. Anno a nativitate eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo sexto, indictione quarta
decima, die lune vigesimo sexto mensis iunii, in monasterio sancti Victoris ad corpus Mediolani. Investivit
nomine locationis ad benefaciendum meliorandum et non peiorandum infictandum et non deffictandum in-
ven. vir dominus frater Ambrosius de Platis dei gratia abbas suprascripti monasterii suo nomine et nomine mona-
chorum conventus et capituli suprascripti monasterii Oldericum filium condam domini Antonii Ricardi de Mazenta porte Vercelline
parochie sancti Nicolai foris. Nominative de petia una campi iacente extra portam Vercellinam in Brayda suprascripti
monasterii, cui coheret a mane suprascripti monasterii et tenet presbiter Ayroldum de Cuzano, a meridie suprascripti monasterii et tenet presbiter Pruzini
Ferrarium, a sero suprascripti monasterii et a monte dictus [illegible] et est pertice octo vel circa. Eo tenore quod a festo sancti Laurentio
proximo preterito in antea usque ad annos quatuor completos proximos futuros et deinde donec utrique parti placuerit dictus
Oldericus nomine locationis habere et tenere debeat predictam petiam terre superius locatam et dare
et solvere debeat ipse Oldericus ipsi domino abbati suo et suprascripto nomine fictum omni anno in quolibet festo sancti
Laurentii cuiuslibet anni donec presens investitura durabit et tenebit staria tres frumenti boni netti
pulcri (p qualibet pertica) tracti et consignati et mensurati in suprascripto monasterio. Unde dictus Oldericus promisit obligando se et
sua bona tam presentia quam futura pignori suprascripto domino abbati suo et suprascripto nomine recipienti quod dabit et solvet et
consignabit ei suo et suprascripto nomine omni anno predictum fictum in quolibet festo sancti Laurentii cuiuslibet anni et
quod finita locatione tradet et expediet ei vacuam et expeditam possessionem et tenutam suprascripte petie terre cum
omnibus expensis dampnis et interesse que fient aut patientur ~~propterea~~ propterea omnibus petendi et exigendi
vel ab alio contrahendi et cum computo pluriumi predictum fictum valuit et valebit pro dicto tempore. Hoc acto
et dicto per spetiale pactum apposito quod si ipse Oldericus cessaverit in solutione dicti ficti per unum annum post
quemlibet terminum quo solverit integraliter dictum fictum quod cadat et eo casu ad [illegible] cecidisse
intelligatur ab hac investitura et a iure huius investiture et ab omnibus melioramentis que ipse
Oldericus haberet et fecisset in ipsa petia terre si placuerit ipsi domino abbati et nichilominus teneatur
ad solutionem ficti temporis preteriti renuntiando ambe partes exceptioni predictorum et insecutores omnium non sic ita
actorum et factorum et omni probationi et deffensioni [illegible]. Ante omnia fecit dictus Oldericus conventionem ita quod
si aliquo tempore agatur vel agi contingerit pro predictis vel aliquo predictorum quod possit ad predicta omnia
et singula omni tempore conveniri renuntiando causis colectis et colectandis feriis ordinariis solempnibus
et repentinis et cuilibet iuri dicto causarum et quod pro predictis vel aliquo predictorum dare non possit
insolutum certas nec notas debiti communis Mediolani factas vel faciendas nec aliquas alias quam pecuniam numeratam
renuntiando omnibus statutis consiliis et ordinamentis communis Mediolani factis vel faciendis per commune Mediolani vel
per aliam universitatem seu singularem personam inde [illegible] et statuto paratores et
[illegible] Et constituit dictus Oldericus se precario tenere et possidere omnia sua bona
beneficio eiusdem ita quod liceat ei suo et suprascripto nomine
mobilia et immobilia et iura pro suprascripto domino abbate suo et suprascripto nomine [illegible] aliquo vetare contestare in possessionem
sua propria auctoritate et sine [illegible] et dampno vel nuntio seu precepto aliquo [illegible] et retinere de bonis et
intrare tenere et possidere vendere et alienare et insolutum sibi accipere et retinere de bonis et
rebus et iuribus suprascripti Olderici usque ad plenam et completam solutionem et satisfactionem totius
omnis [illegible] crediderit expedierit pro predictis renuntiando omni exceptioni probationi et deffensioni ingenii
cum [illegible] expetita scientia et pacto spetiali. Rogaverunt. Actum in suprascripto monasterio coram
ambis omnibus et singulis expetita scientia et pacto. Interfuerunt ibi testes Iohanolus dictus Rimoldus
Petrollo Zerato filio condam Antonioli porte Vercelline notarius [illegible] ibi testes Iohannes de Nopeda filius condam Petroli habitans in suprascripto monasterio
filius Pavoni de Vellate notarius et Martinus de Nopeda filius condam Petroli [illegible] ad molendinum monasterii suprascripti Ambrosii super flumen Vepre
et Petrus Granaldus filius condam Iacobi qui habitat ad molendinum [illegible]
pro presentia [illegible] omnes vocati et rogati.

Ego Aproldollus filius Iacobi Modelet porte Cumane communis porte Vercelline parochie [illegible] sancte Marie ad portam [illegible]

Ego Franceschollus filius condam Mran porte Vercelline notarius communis porte [illegible] parochie sancti Stefani ad Pontem [illegible] et [illegible] legi pro qualibet pertica

1296
... brenda pro ... oldrellinz de magdeb...

1346 26/VI

Marbio 20 (25)

346